

Adalulfus diaconus ad vicem Fridugisi recognovi et subscripti.  
Data V cal. mart. anno, Christo propitio, XV imperii domni  
Hludovici et Hlotharii, piissimis augustis (*sic*), inductione VI.

Actum Aquisgrani, palatio regio, in Dei nomine, feliciter.  
Amen.

*Arch. nat., Monuments hist., Carton des rois mérovingiens et carlovingiens K 9 n° 3 — Tardif n° 120, p. 83.*

IA. (1)

*L'Abbaye de Saint-Martin-de-Tours, pour reconnaître une libéralité de deux alleux que lui avait faite Hugues le Grand, duc de France, son abbé, lui cède en précaire Houdencourt, Brenouille (?), Epi-neuses et Chevrières.*

Pro monasterio sancti Martini Turonensis *Ex pancharta nigra monasterii sancti Martini.*

Anno 937. Die 13 septemb.

Nos igitur in Dei nomine, Hugo, scilicet, clementia omnipotentis Dei, Francorum dux, fragilitatis humanae perpendens modum, ac pertimescens ultimum diem judicii, quatinus Omnipotentem Dominum illic possim habere propitium, sanctissimumque confessorem ejus Martinum intercessorem merear invenire piissimum, offero, more precario (2), et doño eidem Omnipotenti Deo et jamdicto confessori Domino meo Martino, sueque congregationi, cui preesse videor abbas et rector, ob remedium anime mee, seu genitoris genitricisque mee, meorum quoque parentum ac propinquorum, ad perpetuos usus canonicorum

(1) La première partie de cette notice était imprimée, lorsque nous ont été communiqués les textes de plusieurs chartes, que nous croyions perdues, ou dont nous ne soupçonnions pas l'existence. Il ne nous était plus possible de modifier le classement des pièces justificatives. Nous avons dû répéter le même numéro autant de fois que le demandaient les nouveaux documents. Une petite capitale, jointe à ces chiffres ainsi répétés, sert à indiquer leur ordre.

(2) *Précaire*, emphythéose ou bail à vie.

ibidem degentium ipsiusque sepulchri luminum, duos juris mei alodos (1), Lapchiacum scilicet atque Sesanam, sitos in comitatu Meldensi (2) in pago videlicet, qui dicitur Covedensis.

In recompensatione tanti doni ac meriti hujus largitionis, nos, in Dei nomine, Bernerius videlicet, gregis sancti Martini levita atque decanus, neconon Farmannus sacerdos et archiclavus (3), ceterique prelibate congregationis fratres, concedimus prefato seniori patrique nostro Domno Hugoni, neconon amabilissime et multum dilecte conjugi sue Haduidi, usu et ordine fruituario illius, ipsius res quas idem sancto Martino neconon et nobis delegaverat. Insuper tribuimus eis, more precario, Villam Montis. . . . que est in pago Melidunense(4) cum ecclesiis VII, domibus. . . . . In pago etiam Belvacensi cedimus illis alterum alodium, precario more, de Gerboldi comite evindicatum et conquisitum, Odonis videlicet cortem (5) usualiter vocitatum, super fluvium qui dicitur Hoesa (6), cum villare Berulfi (7) et Spinosa (8) atque Civerarias (9) cum ecclesia, que constructa est in honore sancti Georgii, cum domibus, edificiis, terris, vineis, silvis, farinariis (10), pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, mobili bus et immobilibus et cum omni supraposito suisque omnibus adjacentiis et quidquid ad ipsum preedium aspicere videtur totum et ad integrum de jure nostro in potestatem ipsorum et dominationem tradimus et transfundimus (11). . . . . tam domni Hugonis Francorum ducis

(1) *Alodus*, alleu, terre absolument libre, exempte de toute redevance et complètement indépendante.

(2) Le comté de Meaux.

(3) *Archiclaceis* ou *archiclavus*, trésorier.

(4) Melun.

(5) Houdencourt.

(6) L'Oise, rivière.

(7) Brenouille ? canton de Liancourt.

(8) Epineuse, canton de Clermont.

(9) Chevrières, canton d'Estrées-Saint-Denis.

(10) *Farinariæ*, moulins.

(11) Quelques mots manquent en cet endroit, aussi bien dans le texte des *Historiens de France*, que dans celui de *Baluse*.

quam etiam Haduidis, ipsius amabilis et satis diligibilis uxoris, tradimus atque concedimus, habentes in se mansos (1) XL; eo quidem rationis ordine atque tenore ut tam ipse venerandus ac sepius nominandus dux, dominus videlicet Hugo, quam etiam affabilis ipsius conjux Hadvidis, et pro predictis rebus quas ipse (Hugo) partibus nostris delegavit, et pro subrogatis etiam quas eis precaria ratione concedimus, annuatim persolvere studeant censem nobis vel successoribus nostris ad missam (2) sancti Martini (3) autumnalem in argento sol. LXXV et archiclavu sancti Martini sol. XXV, id est in somma sol. centum, et sic quandiu advixerint prenomimatas res omnes ambo cum omni integritate teneant et possideant. Post amborum quoque hac luce discessum, unus liberorum tantum, qui ex eis nascituri sunt, et quos Deus donare poterit, omnia illa predia jam designata, sub prenotata ratione census, quamdui advixerit, possidenda suscipiat.

Post cujus tertii videlicet heredis (obitum), quicumque tunc temporis sancti Martini decanus extiterit, memoratas res omnes, et illas quas Dominus Hugo dux et abbas sancti Martini dedit, et illas quas sibi et uxori sue Haduidi atque uni filiorum suorum ex nostris propriis rebus precaria lege concessimus, cum omni integritate et emelioratione in jus et possessionem atque dominationem sancti Martini et fratrum, absque alicujus contradictione atque exspectata consignatione, revocare studeat. . . .

Quod si fuerit aliquis Principum post horum trium heredum. . . . obitum. . . . qui amplius illas ipsas res nostras pervadere vel retinere voluerit. . . . non solum partibus Sathane se noverit deputandum, verum etiam Dominum nostrum Martinum. . . . semper habeat offensum et insuper. . . . eum auri lib. XXX puri legaliter se noverit omnino multandum. . . .  
Ego Bernerius, levita atque decanus, huic charte subscribens, propria manu firmavi. Farmannus sacerdos et archiclavis firmando subscripti, etc.

(1) *Mansus*, habitation avec terres à cultiver.

(2) *Ad missam*, au jour de la fête.

(3) Le texte des *Historiens de France* et celui de Baluze portent : *at missam sancti Martini sol. XXV autumnalem*. Les mots *sol. XXV* n'ont pu être placés là par le copiste, qu'à la suite d'une lecture défectueuse de l'original.

Data est autem hujus precarie auctoritas Turonis, XVIII kalend. octobris, in castello sancti Martini, in pleno capitulo fratrum, in anno secundo, iam regnante Domno Hludovico rege.

Ego Leodrannus, quamvis indigne, tamen levita et schole sancti Martini provisor ac primus, a supradictis fratribus rogatus, scripsi et subscripsi.

(*Apud Beslium in probat. Hist. com. Pict. p. 239. — Hist. de France t. IX p. 720. — Baluze t. LXXVI fol. 321.*)

IB.

*Philippe II, Auguste, Roi de France, confirme l'abandon, que fait à l'Eglise Sainte-Marie de Compiègne, Hugues Revetels, seigneur d'Houdencourt, de ses droits sur le Bois d'Ageux et le Petit Raray.*

1193.

In nomine sancte etindividue Trinitatis. Amen. Philippus, Dei gratia, Francorum Rex. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod, cum Hugo Revetels esset in presentia nostra, quasdam consuetudines, quas in boscis Beati Marie Compendiensis de Ageu et de Raray se habere dicebat, scilicet cerchiam (1) et caceriam (2) et advocationem (3) et ceteras omnes quitas clamavit, et quidquid juris sive consuetudinis in eisdem boscis clamabat, ipse et mater sua et fratres et soro es sue, prius in capitulo Compendii, et postea in manu nostra, reddiderunt, et in perpetuum quitaverunt. Et proinde de beneficio ejusdem monasterii quinquaginta libras receperunt. Quod, ut perpetuam sortiretur stabilitatem, sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere inferius annotato presentem paginam, salvo jure alieno, prece-

(1) *Cerchia*, la ronde, la patrouille, la surveillance. *Cerchia* et le verbe chercher ont la même origine. Ils viennent tous deux de *circuire* aller autour, parcourir, visiter. — Ajoutez au *e* dans les mots latins l'*h* ou aspiration dont nous sommes si prodigues en français ; transformez-le en *ch*, et vous retrouverez fort souvent le mot correspondant de notre langue. *Chirchuire* vous donnera chercher ; *chapra*, chèvre ; *channabis*, chanvre et chénevis ; *chanis*, chien, etc. — Par contre, du *ch* faites un *e* dur et vous retournez de la forme française à la forme latine.

(2) *Caceria*, le droit de chasse.

(3) *Advocatio*, avouerie, charge de défendre les intérêts, protection.